Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars II.
Wien, 1800 Seite 1349
Quelle:
Copyright:

nutiis differat, quod Librariis tribuendum.

DXCIX.

U.656 Codex membraneus lat. Sec. XIV. et XV. Folior. 97. 8. commode ſcriptus, rubro diſtinctus, et quondam, ut p. 56. notatur, *Monaſterij S. Dorothee in wienna*, unde ad *Joh. Fabrum* Ep. devenit, ita orditur: *Incipit Epiſtola Rabi Samuelis miſſa Rabi yſaac ut ſupra* (infra). Egi de noto hoc Opuſculo, ejusque Interprete *Alfonſo Boni Hominis* O. P. jam *Vol.* I. P. 2. *col.* 2350. In Exemplo praeſente habetur Prooemium *Alfonſi* ad *Hugonem* Magiſtrum Gen. ſui Ordinis datum *Pariſius*, ſed absque omni nota temporis. In Praefatiuncula ſubſequa *Magiſter Samuel iſraelita* dicitur *oriundus de ſercz regni marrochitani* et *Rabi yſaac magiſter ſynagoge que eſt ſub inlicza in regno predicto.*

Qui caret numis
Dem bylſt nicht das er frum is.

T*ò ſlecht* poſitum pro *gerad*, *rectus*. Accedunt tardius ſcripta: Benedictio Vini S. Johannis Evang. et Ritus adtondendi capillum. Ad *Bohemiam*, *Moraviam*, *Poloniam* aut *Sileſiam* Rituale iſtud quondam pertinuiſſe, ſuadent *fol.* 46. in Litaniis invocati *Adalbertus*, *Stanislaus*, *Wenceslaus*, *Vitus*, *Gallus*, *Margaretha*, *Ludmilla*, *Hedwigis*, et *Maternus*, quem ad diem 14. *Sept.* in Archidioec. *Pragenſi* memoriam habere ex ejus *Proprio SS.* video. Quae vero ſit *Sancta Kaſaria*, nondum didici.

Sed nempe corrupta haec. Ad calcem adjecit Interpres: *Et ego frater alfonſus boni hominis hyſpanus amore veſtri hoc addidi ad translacionem illam quam feci nuper magiſtro ordinis noſtri de epiſtola Rabi ſamuelis.*

II. *fol.* 27. manu Sec. XV. ſequitur ἀνεπιγραφως *Rituale*, quod a Baptiſmi ceremoniis exorſum Exorciſmum Salis et Aquae, Introductionem Mulieris poſt partum in Eccleſiam, Unctionem Infirmorum, Collectas ad Feretrum, Benedictionem Cerei in die Purificationis, item Cinerum, Officium in die Palmarum, Feria VI. et Sabbato ante Paſcha, Benedictiones variorum Cibariorum in Paſchate, et Herbarum in Aſſumtione B. V. M. item Euntium ad limina Sanctorum, Ordinem in die Animarum et tandem Benedictionem Avenae complectitur, cui ſubſcriptum:

Sed qui dat ſummis
Der macht ſlecht das do krumm is.

DC.

Codex chartaceus lat. Sec. XV. U. 50
Folior. 253. f. per duas columnas exaratus, rubricis diſtinctus et olim Librariae Collegii Ducalis datus teſtamento, ut p. 1. ſubnotatur,